



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 31. Sancti Christophori coloniæ devastatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

lescentem unum, nullum alium recuperavit, captivis ipsis & representata mercede spoliatus. Capti oppido, prædones per circumiacentes villas effusæ, quoscumque potuerunt in servitatem abegere; satisque constat, ex numero siSSima colonia vix quartam partem fugâ salutem quæsivisse. Ex hostibus in pugna, præter vulneratos, quinquaginta quinque cecidere. Finito prælio, dissimulato vulnerum suorum dolore, Socii saucios ex utraque parte adjutum ivere, moribundos Sacramento expiantes, mortuosque sepelientes. Qua in re memorabile est, quod de captivis duobus domi nostræ educatis narratur, qui piis verborum affectibus, pro ut fieri ab Societatis hominibus viderant, moribundos ad ultimam luctam juvare visi sunt: stupentibus ad tantam pietatem hostibus, & adolescentularum formosissimas, ut eos ab Patrum amore averterent, offerentibus: quibus constanter repudiatis, se castè pieque ab suis Sacerdotibus educatos, ab talibus spurciis abhorrente respondebant: raro prorsus in novis hominibus in captivitate, & ætate juvenili, libidinis temperamento, pietatisque exemplo. Ab hostibus quatriduo Socii detenti sunt, ne ad alia Neophytorum oppida pergentes consilia sua præverterent. Sic JESU-Marianum oppidum ante triennium fundatum, in quo haecenùs Socii sex mille & quinquaginta septem Barbaros baptizaverant, longeq; plures in album Candidatorum retulerant, destructum est. Cujus reliquæ aliò translatae lugubrem recordationem usque adhuc florentissimæ quondam coloniæ, omnium animis, & præsertim meo (nam JESU-Marianorum per aliquot annos curam gessi, geroque) repræsentant.

DUABUS leucis aberat Sancti Christophori oppidum ab JESU-Mariano, numero siSSitate etiam famosum: nam quamvis non integrum biennium ab eius fundatione non intercessisset, tamen in eo Societas bis mille & trecenta capita sacro Fonte immerserat, restabantque rotidem Catechumeni & infantes suo tempore immersendi: ad quos cum pervenisset fama invasionis, Augustinus Contreras, qui ibi solus curabat, multitudinem quantam maximam potuit, ad Sanctæ Annæ oppidum ducit. Vix in tuto erant, quando Mamaluci desertam coloniam invadunt, quam ut inanem vident, illico vicinitatem circum omnem explorant, villas depopulantur, è latebris eductis vincula injiciunt, more suo omnia hostiliter infestantes. Augustinus Contreras ad suum oppidum redire ausus, latrones adit, obsecrataque, ne vellent filios in Christo abscegenitos, ceu pecora, abigere: sed, præter diæteria, & duos adolescentes infimis precibus imperatos, nihil recuperavit: Mamalucis ad JESU-Mariani ruinas cum præda violenter se recipientibus.

INTERIM Romerus mille & sexcentos Neophytes, pattim ex JESU-Marianis fugâ dilapsis, partim ex Sanctæ Annæ & Sancti Christophori aliisque oppidis rapptim collectos, quos perdis res recuperandi desiderium, aut amittendi metus stimulabat, ad Sancti Christophori oppidum comitatur: quò etiam quatriduo, postquam eò venerat, centum & viginti Mamaluci, belli robur, cum mille & quingenitis Turpicis ad volavérè: qui prælio inito, latrociniandi usu & armorum genere feroces, quamvis in primo conflietu retrocessissent, nostris tandem Neophyti, inæqualibus armis pugnantibus, potiores fuere. Igitur eorum multis in captivitatem abactis, Romerus eò unde venerat, ad Sanctæ Annæ cum gentis reliquiis, retrograditur. Sanctæ Annæ oppidum supra ter mille capita censébat, florebatque omni genere virtutum sub Josephi Oregii curâ, qui nongenta capita, peste paulò ante invasionem grassante, Sacramentis procurata sepelirat, suppleveratque vitâ funeris novis accessionibus Barbarorum, magno numero ei se excolendos tradentium. Id oppidum trans Igäim etiam possum patebat prædonum injuriis, si suo loco remaneret: quare de eo retrahendo agitatum est. In his rebus dum sunt, Antonius Ruijssius Sociorum Præfectorus eò advolat, vocatisque in consilium vicinorum oppidorum Sociis, & Neophytorum primoribus, de summa rei deliberat. Sententia plurimorum fuit, JESU-Marianorum & Sancti Christophori reliquias cum Sanctæ Annæ municipiis cis Igäim ad Nativitatis oppidum traducendas esse, ut fluvio, & aliarum coloniarum proximitate, numeroque se tuerentur. Postquam id magno

Socii omnibus optuluntur.

Duorum adolescentium pietas.

Castitas.

Numerus reductorum.

CAPUT
XXXI.
Sæti Christophori coloniæ devastatio.

Augustini Contrera sollicitudo.

CAPUT
XXXII.
Sanctæ Annæ incolæ oppidum suum defuerunt.

Neophyti infelixiter pugnauit.

Antonius Ruijssius cura.